

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

8. Lamechvs impius

urn:nbn:de:bsz:31-105410

ipsi vita svavi & quieta perpetuo sint
fruituri.

8. *LAMECHVS impius.*

Lamechus filius Methusaelis, de
Caini stirpe membrum ecclesiae hy-
pocriticae. Cum publice contami-
nata esset ab ipsius majoribus salu-
taris doctrina, ipse quoque domesti-
cam violat honestatem, duorumque
animorum conjunctionem, quam
inter virum atque feminam Deus
constituerat, in plures amores di-
vulgat, primusque uno tempore,
contra decretum divinum, duas u-
xores petulanter ducit. Filii ejus,
homines ingeniosi, & voluptatibus
inescati, ac quaestui servientes, in-
strumenta musica, & artes fabriles
varias, & apparatus ciborum ex-
cogitarunt. Lamechus tandem tri-
tavum suum Cainum jaculo traje-
cisse incautus dicitur: cujus caedis
atroci

atroci
formidi
portun
est: ne
suam u
rum q
tere.

9. I

Lar
pos E
lium
una c
tem
sum
rum
stanc
vener
glect
verbi
temp
runt
nulla

atroci dolore, & poenæ imminentis formidine vexatus, uxoribus importunus, & in familiam crudelis est: nec vitam aut incolumitatem suam ulli hominum, ne propinqorum quidem, ausus fuit committere.

9. *LAMECHVS pius.*

Lamechus filius Mathusalæ, nepos Enochi. Patre nemo mortalium vitam vixit longiorem; avus unâ cum corpore ad immortalitatem migravit. Lamechus digna summorum virorum proles, in eorum rectis vestigiis ambulavit constanter, pariter spiritu prophetico venerabilis. Ejus temporibus, neglectione promissionis & veritatis verbi Dei, audacia scelerum, & intemperantia libidinum, adeo fuerunt aucta, ut locus emendationi nullus foret. Quapropter in seculi depra-